

E quindi, passati tre dì, diede al padre la sua risposta.

Se chiese uno spazio di tempo, non fu certo per deliberare se dovesse ubbidir sì di lui voleri, bensì per veder se potesse piegarai al partito raccomandatogli.

Ora, dopo maturo esame, è pronto a rimuovere le avversità di cui ei si lagna, purché glielo comandi;

teme però per sé che non ne nascano delle altre ben peggiori.

Non insisterà sul carattere prepotente della donna, ché la donna fu data all'uomo dalla natura affinché ne usasse;

tuttavia, non può non condannare coloro che, pur dotati di buona indole per lo studio, si lasciano irretire ne' lacci femminili.

La posterità poi deve cercar nella virtù, non nella procreazione di figli, che sono spesso causa di dolore.

Ma troppo blando è il linguaggio del padre, che attende il giudizio del figlio;

tare. post triduum igitur ab eo advocatus perquisitusque, quid michi consilii esset: « optime », inquam, « pater, non ideo indultas a te michi indutias accepi ut consultarem an mandatis votisque tuis obsequi deberem; certum enim est michi, postquam ad annos discritionis veni, id velle quod tu velis idemque nolle dum etiam 5
« aliter michi constaret, atque in nullo animo tuo dissentire; sed ut
« recognoscerem, si qua ratione ad id quod suades ex me inclinari
« possem. verba etenim tua ponderosius consideravi, omniaque, ut
« potui, collegi, que quenquam ad hoc impellere possent. que cum
« animo cuncta pervolvo, nulla alia ratione induci possum quam ut, 10
« te iubente, nimium michi gravia incommoda tua tollam. hanc si
« validam esse velis, non recuso durissimo^(a) michi iugo collum sub-
« icere. incommodis siquidem tuis compatiatur quantum decet, que
« libens sine alio pacto, sine meo tanto periculo, de medio tollerem;
« sed mea facile porto, qui scio nichil homini molestum esse nisi 15
« quod ipse velit, quique timeo ne, dum hoc modo incommoda tol-
« lere studeo, in graviora perniciosioraque veniam. vis enim ut
« uxorem habeam, ast ego vereor^(b) ne me habeat femina. namque
« imperiosa belua horrendumque monstrum nunquam se quicquam
« iuris in re familiari habere existimat, nisi cum coniugem ceterosque 20
« domesticos violenta subiecerit. sed ego omitto. non enim sexum
« hunc est michi cordi damnare, quem usui necessitatique mortalium
« natura dedit; verum eos viros damnandos censeo, qui bono ingenio
« prediti, philosophie ceterisque bonis artibus dandi, blanda sibi suo-
« rum studiorum impedimenta perquirunt. itemque hec omitto et 25
« ad me venio, a quo tam affectuose posteros vis. quod ne facias
« moneo. non enim in filiis sed in virtute est querenda posteritas.
« filios namque nobis plerumque quales nolumus gignimus, qualesque
« post pigeat genuisse; quicquid autem ex virtute fit, et volumus et
« delectat. ceterum nimium^(c) michi verbis tuis indulges, nimium 30
« michi blandus es. non enim te mea, sed me tua iudicia spectare
« par est, quod iandudum animo solido feci. nichil enim fixum,
« nichil deliberatum, nichil sine hac conditione est, ut, que volo, tuo
« consensu rata facias. de hoc itaque ac de reliquis, que in me

(a) *Codd.* durissimum (b) *Ra* mereor (c) *Ra* certum nimium